QUODVULTDEUS. MARBODUS REDONENSIS. AMBROSIUS MEDIOLANENSIS. AUGUSTINUS
Ende 12. Jh. Seite 138r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36565
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



persequebatur scm dauid. et impletus est spu prophetie. et prophare cepit. Accipe
sacramentu corporis et sanguinis dni. et malus potest. Nam de talibus dictum
est. Qui manducat et bibit indigne. iudiciu sibi manducat et bibit. Ha
bere nomen xpi et malus potest. idem xpianus uocari et malus. De quibus
dictum est. Polluebant nomen di sui. Ergo habere omnia sacramenta ista et ma
lus potest. habere autem caritatem. et malus esse non potest. Hoc est ergo proprium donum.
ipse est singularis fons. Ad hunc bibendum uos hortatur spc di. ad rebiben
dum uos hortatur spc di. In hoc manifestata est dilectio di in nobis. quia fili
um suum unigenitum misit in hunc mundum. ut uiuamus per eum. Quomodo
ipse dns ait. maiorem hac dilectionem. nemo potest habere. quam ut animam
suam ponat pro amicis suis. Et ibi probata est dilectio xpi in nos. quia mortu
us est pro nobis. Dilectio patris unde probata est in nos. Quia filium suum unicum
misit pro nobis mori. Sic et paulus apls dicit. Qui filio suo non pepercit. sed pro no
bis omnibus tradidit illum. quomodo non cum eo omnia nobis donauit. Ecce xpm tra
didit pater. et tradidit iudas. Numquid non quasi simile uidetur. Traditor est iudas.
ergo traditor est et ds pater. Absit inquis. Non dico. sed apls dicit. Qui filio suo
proprio non pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit eum. Et pater illum tradidit. et ipse se tradi
dit. ait idem apls. Qui me dilexit. et tradidit se ipsum pro me. Si pater tradidit filium
et tradidit se ipsum filius. iudas quid fecit. Facta est tradicio a patre. facta est tradicio
a filio. facta est tradicio a iuda. Una res facta est. Sed que res discernit patrem
tradentem filium. et se ipsum filium tradentem. et iuda discipulum tradentem magistrum
suum. Quia hoc fecit pater et filius in caritate. fecit autem iudas in prodicione. Uidetis
quia non quid faciat homo considerandum. sed quo animo et uoluntate faciat. In eodem
facto inuenimus dm patrem. in quo inuenimus iuda. Patrem benedicimus. iuda de
testamur. Quare patrem benedicimus. iuda detestamur. Benedicimus caritatem.
detestamur iniquitatem. Quantum est enim prestitum generi humano de tradito
xpo. numquid hoc cogitauit iudas ut traderet. Ds cogitauit salutem nram.
qua redempti sumus. iudas cogitauit pcium. quo uendidit dnm. Filius ipse co
gitauit pcium quod dedit pro nobis. iudas cogitauit pcium quod accepit. ut uen
deret. Diuersa ergo intentio. diuersa facta fecit. Cum sit ergo una res ex diuer
sis intentionibus. eam si metiamur. unum amandum. alterum damnandum. unum